

B. N. II, 336.
H. 65, 29.

II K
2688

C. D.

DE

BONIS
CONSTANTE
MATRIMONIO
QVÆSITIS,

Von

Denen in wãhrender Ehe
erworbenen Eùthern.

PRÆSIDE

PETRO MVLLERO, JCTO
PAND. PROF. ORDIN.

ad d. Novembr. 1686.

disputabit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(GAALE)

BIBLIOTHECA
PONTICKAVIANI

GEORG ANDREAS Plathner
Mùlhufa-Thuringus.

IENAE,

Typis PAVLI JEHRRICHII. 1715.

p. 15

BONIS
CONSTANTE
MATRIMONIO
QVAESITIS.

Georg Andreas Müller
Preside

PETRO MÜLLERO,
BAND. PROF. ORDIN.

Georg Andreas Müller
Preside

Typo PAUL ERICHSEN





B. C. D.

C A P. I.

continet

Explicationem vocum.

S U M M A R I A.

I. *Etymologia voc. Bon.* II. *homonymia.* III. *synonymia.* IV. *explicatio voc. constante matrim.* V. *expositio voc. quaesta.*

§. I.

Agressis, rudis & incomta veterum quorundam Philosophorum fuit superstitio, quando opes suas in profundum maris abyssum abjecerunt, possessionesq; incultas & desertas reliquerunt, nimium quantum sibi blandientes de tali divitiarum contemptu. Cultior & ad usum civilem longe accommodatior est Ictorum nostrorum vera & non simulata Philosophia. Utpote quæ illum beatum iudicat, qui bonis tanquam necessariis virtutum ministris abundat. Naturaliter enim ait, *bona* ex eo dicuntur, quia *beant* s. *beatos* faciunt, l. 49. d. V. S. negans absolute propriè bona dari, quæ plus incommodi, quàm commodi habeant.

§. 2. Bona naturalia & moralia relinquimus Philosophis discutienda, de iis tantum hac vice acturi, quæ civiliter ita dicta sunt, quæ complectuntur tam in patrimonio quàm extra illud existentia; Hoc verò in loco saltem ea, quæ in patrimonio sunt, intelligi, frequentia inscriptionis verba demonstrant, id quod ex supra dictis patescit. Includuntur autem iis res tam corporales, quàm incorporales, mobiles & immobiles, species & quantitates, tam bona fide possessa, quàm ea, quæ dominii nostri sunt, jura & actiones, imò quæ

A 2

quæ

quæcunque utilitas, *d. l. 49. d. V. S.* Ante omnia autem ad latitudinem Bonorum nostrorum cognoscendam removendum est æs alienum, quo secreto tanquam ab auro scoriis ea, quæ relinquuntur, demùm Bonorum nomine venire asserimus per *l. 39. §. 1. d. V. S. l. 72. ff. d. jur. dot. l. 27. ff. pro soc. l. fin. §. 4. C. d. bon. quæ lib. & contradistinguiamus seu opponimus hereditati, quippe quæ universitate sua complectitur bona bonorumque privationes, l. 16. §. 1. & seq. ff. ad St. Treb. l. 8. fin. l. 9. ff. d. leg. 2.*

§. 3. Nominamus bona nostra civiliter ita dicta quoque *Fortunas*, quandoque *Fortunam* numero singulari, *l. 40. §. 8. ff. d. Stat. lib. item Facultates, opes, pecuniam, l. 2. §. pen. C. d. const. pec. & substantiam, l. 5. §. ult. ff. d. injur.*

§. 4. Licet omnes & singuli bonis ad conservationem suam & fortunam fabricandam tanquam instrumentis utantur: quoniam tamen inter mortales, postquam relicto more ferino societalem agere vitam coeperunt, variæ exortæ sunt relationes & Societates, pro diversitate earum diversas quoque & peculiare induunt bona qualitates, & in multa abeunt genera & species. Quas inter non ultimam constituunt hæc nostra, siquidem tendunt ad sustentationem dulcissimæ ac sanctissimæ Societatis ab ipso Deo institutæ. Namque sine hujus vitæ subsidiis ne ad paucos quidem dies consistere posset. Acquisitio datius esse genericum, Duratio Matrimonii specificum. Duratio autem cum duplex sit, de die ad diem & de momento ad momentum, hanc, non illam, h. l. obtinere exinde liquet, quod tamdiu maneat natura temporis, quod est duratio motus de momento ad momentum, quamdiu diversa computatio à legibus non introducitur. Tantum autem hic abest, ut ipsæ potius confirmet *l. 65. l. 66. ff. d. don. int. V. & l. x.* Incipit hæc computatio, ubi Matrimonium constare incipit, & perfectum est (imperfectum enim matrimonium non est matrimonium) hoc est, quamprimum consensum conjugalem legitime inter se declaraverunt partes contrahentes, *l. 30. ff. d. R. 7.* definit vinculo rupto. Hæc namque illa temporis intercapedo est, quæ Bonis nostris specialem infundit formam.

§. 5. Sequitur in Rubrica vox *Quæsitæ* descendens à quætere,

rere, quod verbum, præter significationem suam communem, adhibetur in jure (1) in rebus capitalibus & idem est ac cognoscere, v. g. Senatus censuit, ut de iis, qui pecuniam objudicandum accepissent, quæreretur; (2) est acquirere, *l. ult. ff. d. excepti. l. 24. C. d. reivind.* Vocabulo igitur in hoc significato sumpto quæsitæ dicuntur nobis acquisitæ, *l. 14. C. d. testam. mil. l. 14. C. d. fideic.* & rursus duabus significationibus distinguuntur, quarum prima est Juris Civilis, secundum quam Bona Const. Matr. Quæsitæ sunt omnia omnino bona quibuscunque modis acquirendi obnoxia, & sub nostram potestatem redacta. *T. T. d. A. R. D.* Secunda est Juris statutarii, & consuetudinis hodiernæ, quæ prædictam latitudinem ita coarctavit, ut acquirere hodiè nihil aliud sit, quàm lucrari & bona constante Matrimonio quæsitæ latius se non extendant, quam quæstus & lucra. *Mev. ad Jus Lub. l. 1. r. 5. d. 5. Cothm. consil. 40. n. 17. Pingiz. q. 27. n. 47. Garfia d. conj. acques. n. 1.* Quæstus autem sunt, quos aliquis sua opera & industria acquirit. *l. 7. l. 8. ff. pro soc.* quam descriptionem etiam Lucris hic adjectis tribuimus, utriusque enim vocabuli hæc in re eadem est vis & significatio, *l. 13. ff. pro socio.* Garfia *d. Conjug. Acques. n. 1.* dum illud lucrum saltem intelligitur, quod ex quæstu venit.

CAP. II.

completur

Definitionem.

SUMMARIÆ.

I. Genus & differentia. II. Benedictio Sacerdotalis non est de substantia matrimonii. III. limitatur. IV. cohabitatio hæc in materia non prærequiritur. V. hæc bona tantum conjugibus obtingunt.

§. I.

Definiuntur Bona Constante Matrimonio Quæsitæ, quod sint Bona, quæ post nuptias ante dissolutionem matrimonii conjugibus

bus legitime obveniunt. Generis loco ponitur vocabulum *Bona*, quæ conspecies sunt extra matrimonium quæstorum. Differentia specifica, ut supra dixi, consistit in tempore, quod computari incipit à nuptiis, h. e. postquam mutuo licet solo consensu conjugali individua & fidelissima Societas matrimonii contracta est, l. 30. ff. d. R. J. l. 2. ff. d. R. N.

§. 2. Non igitur necessaria est deductio in domum, l. 66. ff. d. don. int. V. & Ux. & quæ in locum ejus successisse à nonnullis æstimatur benedictio sacerdotalis, Dn. Struv. Ex. 23. 1b. 26. item Diss. 10. 1b. 16. Hahn. ad Wesf. de Spons. n. 5. it. d. don. int. V. & Ux. n. 3. Dn. Præses Diss. de Hierologia 1b. 7. Sed sufficiunt Sponsalia de præsentia, quæ præsertim in favorabilibus, Schurff. conf. 9. cent. 3. per tot. sunt perfectum matrimonium & nuptiarum quodammodo synonymum, c. 25. d. Sponsal. Corvin. Jur. Can. de Nupt. a. 1. **Quamvis** enim inficias ire non possumus, solennitates in s. pen. & ult. d. Sponsal. contentas hodie non frequentari, Carpz. Pract. Cr. p. 2. q. 56. n. 23. Hahn. ad Wesf. n. 3. & 7. d. Spons. Attamen dum videmus, jura & effectus Sponsaliorum de præsentia nostris temporibus sponsalibus purè per verba quidem de futuro consensum tamen præsentem & quidem conjugalem inducentia (quod tam ex verbis & mente loquentis colligi potest, quam etiam ex constitutione dotis, l. 20. post pr. C. d. don. int. V. & Ux.) contractis applicari, Hahn. ad Wesf. d. Sponsal. n. 2. p. m. 123. ex effectu deducimus, dari adhuc inter nos Sponsalia de præsentia malè à non nemine negata eaque matrimonium esse & dici, à veritate non esse alienum, Fachin. L. 3. c. 41. Hinc rectè Lutherus Tom. Jenens. 2. tract. von ehelichen Leben p. 2. fol. 152. ait: *In Verlöbnißsen gibt einer dem andern seinen Leib zum ehelichen Dienste.*

§. 3. Prædicta sententia limitatur tamen iis in locis, ubi sub clausula cassatoria Benedictio Sacerdotalis est injuncta, ut in Saxon. Const. Aug. 34. p. 2. Dn. Præf. diff. disp. thes. all. **Quin** imò, si Hahnio ad Wesf. d. Sponsal. n. 6. & Mevio ad Jus Lub. 2. T. 2. a. 12. fidem habeamus, quæ ipsis non planè deneganda, licet de facto non de jure respondeant, arg. l. 9. §. 1. C. d. testib. universali consuetudine invaluit, ut ante consummatum matrimonium Leges & consuetudines hodiernæ de Bonis Const. Matr. quæstus disponentes locum

non

non habeant. Affipulatur D. Brunnem, *ad l. 24. C. d. Nupt.* ubi asserit: si in testamento vel contractu mentio nuptiarum fit, id non intelligendum esse de initiato matrimonio & sponsalibus de praesenti, sed de consummato, Carpz. *p. 3. c. 13. d. 25.* non obstante, quod in se & sua natura etiam adhuc hodie Benedictio Sacerdotalis non fit de substantia matrimonii.

§. 4. Illis autem, qui cohabitationem praerquirunt, ut Covarr. *p. 2. c. 7. d. Matrim. Heef. Loc. Commun. p. 2. Loc. 9. n. 46. Gail. O. 78. fin.* asseritur non possumus, planè non dubitantes, quia legibus de Bon. C. M. Q. etfi aliquam bonorum communionem sapiant, locus habendus sit, Hahn. *ad Wes. d. Spons. n. 6. verba. contrarium.* D. Eichel *disp. de Commun. Bonor. th. 32.* non enim absurdum est, non cohabitare, & tamen communiter acquirere, *arg. l. 2. §. 2. ff. d. O. & A.* non obstante, quod bona acquisita potius industriam utriusq; conjugis quam matrimonium per se respiciant, *arg. l. 20. C. d. I. D.* nisi eo in casu, ubi Statuta disponunt de Bon. C. M. Q. ea conditione, si alter conjux sine liberis decedat, quemadmodum Mulhufina *L. 4. T. 22. add. Berlich. p. 2. concl. 25. n. 24.* aut si aliàs mens & verba Legislatoris ad eam respiciant, ut in Saxonia, ubi consensio tori conjugalis praerquiritur, antequam matrimonio juncti ut conjuges acquirunt, Carpz. *p. 3. c. 19. d. 1. 2. 3.*

§. 5. Apparet etiam in definitione & ad differentiam specificam pertinet vox *conjugibus*, ad excludendas omnes alias personas, quae non sunt conjuges. Sequuntur denique verba *ante dissolutionem Matrimonii*, quae separant bona vidui viduae tempore viduitatis quaesita non obft. quod Masc. *d. prob. concl. 30. n. 4.* extendat quidem praesumptionem *l. 51. ff. de donat. int. vir. & uxor.* ad bona intra annum factus quaesita, nec etiam, quod vidua, postquam marito orba est, dignitatem ejus adhuc retineat. *l. 22. ff. ad Munic.* Definitionem claudit vocabul. *obveniunt*, quod idem in jure est, ac obtingunt, deferuntur & potissimum de bonis dicitur ita obvenire hereditas.

CAP. III.

CAP. III.

proponit

Divisionem, quomodo veniant.

S U M M A R I A.

I. Jure Civili & Canonico bona non sunt communia. II. Bona Mariti constante matrimonio quaesita ab uxore; III. Bona uxoris à Marito. IV. adjiciuntur bona ejus ipso jure quaesita. V. Referuntur modi, quibus sunt communia.

S. I.

Divisio bonorum nostrorum est vel communis omnibus bonis, quæ sunt in patrimonio, competens (hanc allegare sufficiat, applicationem synopticâ à nobis instituta tractatione prohibente) vel peculiaris & propria, juxta quam respectu habito ad conjuges & nostrum considerandi modum dividi possunt in separata & communia. Bona autem C. M. Q. sunt regulariter de Jure Civili separata; arg. l. 32. §. 24. ff. d. don. int. V. & Ux. l. 6. C. eod. l. 16. ff. d. alim. leg. l. fin. C. de pact. conv. Signa enim communionis, quæ habentur in l. 1. ff. d. act. rev. amor. l. 4. C. d. crim. expit. hered. licet sint vestigia veteris alicujus societatis bonorum inter conjuges, D. Eich. *diss. d. Comm. bon. n. 11.* non tamen probant præsentem; cum ex alleg. legibus satis & luculenter constet Imperatorem prorsus ab illa recessisse, & leges obstantes intellectas velle de consociatione, in qua non tam conjugum bona, quam corpora communicantur. D. Lauterb. *disp. de peric. rer. in soc. §. 14.* An vero Jure Canonico Bona C. M. Q. sint separata, non conveniunt Dd. Negat Gloss. *in can. 27. q. 2.* Nicol. Everh. *conf. 53. & 56. vol. 2.* Anton de Gramma *Dec. 314. n. 4. per cap. 2. X. d. don. int. V. & Ux.* Verum ex hoc capitulo nihil aliud probatur, quam hoc: Conjuges multas, si velint, posse res habere communes, quas soluto matrimonio inter se dividere tenentur. Adeoque verior est affirmativa. Hahn. *ad Wesf. tit. pro socio. n. 2. Mev. p. 3. decis. 23. n. 5.*

S. 2.

§. 2. Hæc, nempe separata, iterum sunt vel aliunde acqui-
 ta, quæ relatione habita ad alias personas liberas nihil speciale ha-
 bent, nisi quod a parte uxoris non præsumantur talia, *l. 6. C. d.*
don. int. V. & Ux. vel ab altero conjuge, aut uxore aut marito. Ab
 uxore marito obtingunt, vel immediate, per quemcunque contra-
 ctum & pactum jure permiffum, quale non est Donatio *l. 1. ff. d. don.*
int. V. & Ux. limitationes tamen hujus exceptionis vid. in *l. 5. §. 15.*
l. 16. l. 18. l. 19. l. 40. & passim ff. d. don. int. V. & Ux. l. 21. & 22. C. eod.
 ibi Brunn. *l. 20. C. d. don. ante nupt.* Mediata quæfita sunt talia vel
 mediantibus operis, de quibus infra, vel bonis uxoris ut (1) Fru-
 ctus ex re constante matrimonio donata provenientes *l. 45. ff. d.*
usur. & fruct. (2) In area donata ædificatum *l. 27. §. ult. ff. d. rei vindic.*
l. 31. §. 2. d. D. int. V. & Ux. (3) Ex pecunia donata emptum *arg. l. 9. C. d.*
1. (4) Fructus dotis l. 7. pr. C. d. jure dot. pro ratione temporis quo ma-
 trimonii onera sustinuit etiam putativi Brunn. *ad l. 1. C. d. cond. ob*
caus. vid. tamen inf. c. 5. §. 5. (5) Præter fructus etiam omnis accessio
 & causa in rebus æstimatò in dotem datis *l. 20. C. d. jur. dot. secus*
 ac inæstimatò *l. 10. §. 1. ff. d. jur. dot.* (6) ratione dotis hypotheca
 tacita in bonis promissoris, *l. un. §. 1. C. d. R. Ux. act. Carpz. Dec. 57.*
v. 9. (7) Fructus Paraphernalium consensu uxoris tam in suam
 quàm in uxoris utilitatem non suam tantùm collati *l. ult. C. d. pact.*
convent. ibi Brunn. *l. 9. §. 3. ff. d. jur. dot.* Attamen si sint permagni,
 restituendi sunt, in quantum maritus locupletior factus est *l. 33. §.*
1. it. l. 15. ff. d. D. int. V. & Ux. quod tamen limitat in industrialibus
 Brunn. *ad l. 17. C. d. 1.* De his nulla controversia, dummodo con-
 stet fructus esse consumtos. Hoc autem in ambiguum veniente,
 quid statuendum sit, ex præsumptionum regulis deducendum, se-
 cundùm quas consumptio non præsumitur, cum sit facti *arg. c. 3.*
X. d. Off. Leg. Nihilominus tamen contraria eaque fortiori præsum-
 tione obstante, quod nempe fructus indies consumantur, nec mul-
 tum durare præsumantur, uxorem, quæ existentiam allegat, non
 relevat Fontanella *de pact. Nupt. clas. 6. gloss. 3. p. 7. n. 24.* & Dd. *ad*
dist. l. ult. Sed unde postmodum colligitur consentiente, non renu-
 ente uxore eos esse consumtos? Illi, qui uxorem non contradicen-
 tem consentire asserunt, inniuntur *c. 43. d. R. 7. in 6. l. 18. ff. mand.*

l. 6. C. eod. l. 4. §. fin. d. fidejuss. l. 1. §. fin. nau. caup. stabular. it. l. 8. C. d. pact. conv. Pro dissensu facit l. 25. ff. d. probat. l. 4. §. 1. ad Scf. Vellej. l. 48. §. 3. ff. d. furt. l. 9. eod. & quidem potissimum l. 17. ff. d. D. int. V. & Ux. secundum quam fructus lucratur maritus vi donationis, quæ non præsumitur ex sola taciturnitate nisi in casibus à LL. expressis D. Lauterb. compend. jur. d. Donat. lit. C. Cum tamen consumtio in ejusmodi facto consistat, ex quo consensus & manifesta patientia elici possit; verior est affirmativa Hahn. ad Wesf. d. pact. n. 7. Adde quod ipsa Lege data fit licentia usuras circa se & uxorem expendere. Non obst. l. 8. §. 1. d. proc. c. 44. d. R. 7. in 6. l. 8. §. 15. quib. mod. pign. l. 5. d. S. U. P. Omnes autem jam dictæ difficultates evanescent, si (1) uxor sit indotata Rosenth. d. Feud. c. 10. concl. 5. n. 19. (2) si vir non sit factus locupletior arg. d. l. 33. §. 1. (3) si jus utendi fruendi à marito præscriptum arg. l. ult. fin. C. d. præscr. long. temp.

§. 3. Bona quæ sita uxoris à marito veniunt vel ipso jure, vel facto hominis interveniente; & hoc modo iterum vel tanquam à persona principali, vel tanquam ab administratore, & possessore, illo modo, vel per titulum lucrativum, in casibus exceptis & licitis donata, quorum exempla habentur in l. 7. §. 1. l. 15. §. 1. l. 14. & passim. ff. d. D. int. V. & Ux. quibus annumerantur sponsalicia largitas Mev. ad Jus Lub. L. 1. T. 6. pr. n. 40. Arrha sponsalicia licet pretiosissima Faber. in Cod. Lib. 5. T. 1. D. 20. vestes quotidianæ, quia ad alimenta pertinent, quin imò etiam jocalia & ornamenta pretiosa, si de animo donandi constet Masc. concl. 363. n. 3. Alimenta sive uxor sit dotata, sive non l. 22. §. 8. ff. sol. matrim., etiam si non sit in obsequio Viri sine culpa sua fortè propter verbera & expulsiorem D. Brunnem; 3. dec. 62. vel quoad thorum & mensam sine temeritate sua separata Brunn. dist. loc. Berlich. 2. concl. 36. n. 54. Per titulum onerosum sunt per quemcunque contractum quæ sita ut emta, locata l. 52. l. 55. d. D. int. V. & Ux.

§. 4. Quæ à marito, tanquam ab administratore & possessore veniunt, sunt (1) fructus paraphernorum extantes l. 33. ff. d. D. int. V. & Ux. (2) consumti contra suam voluntatem (3) Bona, quæ fructuum nomine non veniunt l. 7. §. 12. sol. mar. l. 1. ff. d. jure dor.

dot. l. 9. l. 10. §. 3. D. Struv. Ex. 30. ib. 13. Carpz. p. 3. c. 25. d. 3. c. 54.
 (4) Dominium dotis ob emergentem inopiam repetitum *l. 29. C. d. jure dot.* Adde quæ vir uxori dare tenetur, si sine gravi causa eam cæciderit *per Nov. 117. c. 14.*

§. 5. Tantum de quæsitis, quæ præter jus etiam factum hominis requirunt. *Fachè* porro & ipso jure acquirit conjux rupto quoque conjugio per durantem hypothecam privilegiam ratione dotis *l. 12. C. d. qui por. in pign.* à tempore initi matrimonii licet longe post nuptias constituta dote *Carpz. 2. c. 24. d. 1. D. Struv. Ex. 26. ib. 14. diff. Tab. Rel. Argemor. 167. n. 10.* (2) hypothecam simplicem ratione paraphernorum *l. fin. §. fin. autem C. d. pact.* à tempore factæ illationis *Carpz. 2. c. 24. d. 3.* excepto casu, quo uxor nomina sua marito loco paraphernorum commisit, tunc enim antea non possunt administrari, nisi postquam exegit maritus *D. Tab. d. rel. 67. n. 11.* (3) Ratione alimentorum itidem hypothecam simplicem *Hahn. ad Wesf. quib. ex caus. n. 1.*

§. 6. Bona nostra communia sunt & fiunt vel jure civili (1) per Societatem vel expressam *l. 65. §. ult. ff. pro soc. l. 16. ff. d. alim. leg.* à tempore contractus *l. 1. §. 1. d. l. 2. ff. pro soc.* aut collationis pro diversitate societatis *l. 58. §. 1. ff. d. 1. vel tacitam l. 4. ff. d. 1. v. g.* quando communem negotiationem exercent *Gail. 2. Obsf. 90. n. 5.* (2) absque societate, si alias communiter acquirant conjuges contra societatem, ut evenit re utrique conjugum legata, ab utroque empta, aut in hereditate communiter obveniente, vel donatione *l. 21. ff. pro soc. Nov. 118. c. 2. c. 2 X. d. sponsal. l. 2. ff. comm. div.* Jure statutario communia fiunt per communionem in casum deficientium pactorum dotalium lege publica introductam, qualem apud multas easque moratiores gentes v. g. Gallos, Hispanos, Belgas, Danos, Germanos in plurimis locis receptam esse testatur *D. Lauterbach. de peric. rer. illar. §. 15. Heef. Loc. comm. p. 2. Loc. 15. n. 18. Sutholt. Diff. 2. 4. 19.*

CAP. IV.

*exhibet*Modos acquirendi & probandi
societatem.

S U M M A R I A.

- I. Tituli, cause & modi acquirendi regulariter bonis nostris cum reliquis communes sunt, II. Ad modos proprios pertinet acquisitio per operas uxoris, quæ sunt vel officiales III. vel artificiales, ubi explicatur l. 48. ff. d. op. libert. IV. explicatur l. 31. ff. d. don. int. V. & Ux. V. titulus proprius quoque est communio bonorum inter conjuges, quæ multa peculiaria a vera societate habet. VI. quidam negant esse societatem, sed modum succedendi appellant. VII. divisio communionis bon. int. conj. VIII. probatio ejus IX. argumentum a societate vera ad illam non est perpetuum X. acquisitio conjugum est & presumitur justa XI. Speciale est circa titulos acquirendi in uxore quod teneatur rerum acquisitarum causam edere.

§. I.

Causa efficiens remota est voluntas arg. l. 20. ff. d. A. R. D. tam transferentis arg. l. 70. ff. d. R. V. quam conjugum. arg. l. 69. ff. d. R. 7. Propinqua est ipsa acquisitio & quilibet modus & titulus acquirendi legitimus §. 11. J. d. R. Div. tam lucrativus vide tamen §. 2. & 3. *supr. cap. 3.* quam onerosus; omnis enim contractus constante Matrimonio rectè celebratur & omnes acquirendi modi exercentur quemadmodum supra per tot cap. d. Divisione videre licet.

§. 2. Ad modos acquirendi constante Matrimonio proprios referenda quoque acquisitio per operas uxoris. Sunt autem operæ ejus I. OFFICIALES, quas præstare tenetur Marito. l. 31. ff. d. don. int. V. & Ux. adde l. 11. §. 1. C. d. op. lib. 2. C. d. obseq. patron. Mev. ad jus Lubec. 1. art. 4. n. 55. D. Præses in Jurisprudens.
element.

element. disp. 9. th. 12. Ad eas pertinet pro ratione temporum, mo-
rum locorumq; lanam linumque tractare, fila ducere, texere. Hæc
antiquissimis temporibus adeo nobilia erant munera, ut Regio
firpe natæ non erubescerent admovere manus. Alexander ipse
gloriatur se indutum esse veste a Sororibus confecta. *Svetonius cap.*
72. ait Augustum non temerè alia quam domestica veste ab uxore,
filia, neptibusque confecta usum fuisse. Nostri vero temporibus,
postquam Perficarum faminarum delicia ad omnium pene Gentium
uxores derivata sunt, utpote quæ in summam contumeliam acci-
piebant lanæ admovere manus, non ita indistincte jam dicta ab iis
postulanda, ne trifitiam Syfigambis Alexandri blanditiis mitigare
nobis opus sit. Distinguendum igitur inter uxores nobiles & i-
gnobiles. Illæ dignitatem, quam a Marito *l. 6. C. Profess. & Med.*
aut ratione generis possident, sordidis negotiis inquinare non te-
nentur. *arg. l. 16. §. 1. l. 38. & l. 50. ff. d. oper. libert.* Tiraquell. *de LL.*
connub. 1. p. 5. n. 27. Irregulariter verò, & in casu necessitatis et-
iam ad eas operas tenentur, à quibus aliàs liberæ & immunes essent
Sanchez de Marim. l. 6. D. 6. n. 14. ut sunt nere, fila ducere, le-
ctum sternere. Hæ enim generaliter ad uxores pertinent. *Pro-*
verb. 31. v. 11. & seqq. Ignobiles, vitæ tamen honestioris ad has
& similes tenentur, non verò diversas. *Mascard. concl. 30. n. 18.* Quæ
sordidioris sunt conditionis, præcipuè verò si maritus sit operari-
us, ad omnia officia ancillarum & operariarum cogi possunt, æ-
qualitas enim inter conjuges, quantum jura permittunt servanda,
arg. l. 13. §. 5. ff. ad L. Jul. d. Adult. l. fin. C. d. indult. viduit.
Adde *Scop. Philosoph. Jur. c. 6. th. 4.*

§. 3. II. ARTIFICIALES, quæ non principaliter ad con-
servandum, ut officiales, sed ad acquirendum, spectant. *Mev. ad*
Jus Lub. 1. 4. n. 55. v. g. Si uxor sit chirurga, obstetrix, mer-
catrix & similis Artificii gnara. *Alciat. d. presumt. reg. 3. pres. 26.*
n. 11. Ad eas marito non obligatur. *Mescard. de probat. concl. 30.*
n. 15. it. 214. n. 12. *Berlich. decis. 224. n. 43.* *Brunnem. ad l. 31. ff. d. don.*
int. V. & Ux. add. l. 46. ff. d. op. libert. Uxoris enim officium
non est acquirere. sed conservare. *Mev. all. loc.* Ab hac sententia
multi *Dd.* recedunt, inter quos *Heig. p. 1. q. 30. n. 12.* vid. *Mev.*

ad 7. *Lub. 2. T. 2. a. 12.* Loco fundamenti utuntur l. 48. ff. d. *op. libert.* Verum responderetur distinguendo inter eam personam, quæ ita est in officio alicujus, ut tertio operas præstare non possit, quia isti ad omnes obligatur; & eam quæ non præstare tenetur propter honestatem & dignitatem suam. De posteriori non priori legem loqui demonstratur, quia alias idem juris circa patronam in §. 2. *all. leg.* foret, cum eadem militaret ratio add. l. 38. *cod. imò l. 46. ff. & l. 8. C. d. op. libert.* expresse inculcant per verba in officio mariti esse non intelligi ad operas teneri.

§. 4. Altera sententiæ adversæ *sdans* est l. 31. ff. d. *don. int. V. & lxx.* Verum enim verò, ut taceam, quod loquatur de operis tunc temporis officialibus; materia verò hæc ex moribus & consuetudine sit expendenda, secundum quam femina non ita se coerceri patiuntur, ut vestibus conficiendis, lanificio & textrina in hæreant ancillarum potius & linteonum id munus esse rata, adeoque sit una ex LL. abrogatis, distingui potest inter operam debitam & liberè præstitam, hæc non illam in d. l. insinuari patet ex eo, quia etiã non potest præstare; exemplum est in §. i. *dist. leg.* Deinde quia effectus operarum seu bona quæ sita si concedere vult marito, valet ut donatio. d. §. i. *verb. cum. illa.* Donatio autem est liberalitatis non necessitatis. Non obstat quod honestas suadeat: multa quippe honestè præstantur, a liberalitate tamen procedunt & non ab obligatione l. *ult. C. d. dot. prom. l. 12. §. 3. d. administr. tur. l. 14. §. 7. ff. & relig. & sumi. fun.*

§. 5. Hic latissimus pateret dicendi campus singulos modos & titulos evolvendo. Attamen operosè de iis dicere, & quoad materiam nostram nihil speciale proferre operæ pretiũ non duco. De uno igitur adhuc huic materiæ proprio juri communi minus cognito, in praxi tamen & usu hodierno frequentissimo paulo latius agendum esse puto, qui causa efficiens proxima est Bonorum nostrorum per statuta & consuetudines communium, quorum supra mentionem feci, & appellatur *communio Bonorum inter conjuges*, quam, si de alia voluntate non constet, præsumto à Lege consensu una cum ipso matrimonio contrahunt. Generaliter de ea aliquid asserere perquam difficile est nondũ experto ob diversissimos ejus, qui

qui in singulis ferè locis inveniuntur, effectus. Illud videtur certissimum, quod non sit vera societas; sed anomala propter peculiam rem & propriam naturam, qua differt in multis à regulari: Et quidem (1) quod non ubique regula l. 6. l. 29. 80. & l. 83. ff. pro soc. observetur (2) quod maritus Res constante matrim. quæstas ultra portionem sibi competentem alienare possit; licet enim æquum sit, quod maritus in eo, quod laboriosius quæsit, libertate aliqua fruatur, illud tamen est contra regulas jure communi societati præscriptas l. 68. ff. pro soc. (3) Quod non æs alienum ex solo quæstus veniens in eam societatem licet simplicem veniat l. 12. ff. pro soc. sed etiam, quod quacunque occasione fortè decumbentis uxoris, liberorum &c. contrahitur (4) portionem acquiritorum repudiando se eximere possit uxor mariti debitis Mev. ad Jus Lub. l. 1. T. 5. art. 7. n. 82. Andr. Kohl. ad Const. March. q. 7. n. 7. qui nihil ea renunciacione frequentius dicit contra naturam communis societatis, (5) Quod finita communione superstes æque sortis ac lucri particeps fiat in plurimis locis, licet nihil attulerit, & nullam seu exiguam industriam præstiterit Christinæ Dec. curial. Belg. 216. n. 8. vol. 1. quod iterum in legali aliter. (6) Hæc societas semel matrimonio inclusa non nisi eo soluto finiri possit. vid. l. 14. l. 17. ff. pro soc. Hujus sententiæ defensores sunt Mev. ad Jus Lub. 2. art. 7. n. 58. & L. 1. a. 3. n. 35. D. Eichel. d. comm. bon. §. 28. Contrariam tuetur Lauterbach. disp. d. peric. rer. in soc. secutus Molin. d. 7. & 7. disp. 422. n. 1. & statuit planè nihil discrepare ab ea, de qua in Jure Civ. agitur alleg. Boer. in consuet. Bituricens. tit. 8. §. 2. n. 1. Joseph. de Sesse decis. 37. n. 1. & 2. Quod praxi conveniat merito per supra dicta negatur: Attamen, si nihilominus cum Jeto loqui velimus, scripta à nobis, cum æquocationem saltem ponant in iis, quæ ad naturalia societatum pertinet, non obstarent, quo minus dicere possemus, esse societatem veram & univocam, quoniam accuratè loquendo æquivoca saltem sunt, quibus substantia diversa est.

§. 6. Longè verò recedunt à communi opinione Doctores, qui statuunt: Portionem bonorū constante matrimonio quæsitōis ex jure successione obvenire lege municipali & consuetudine contra jus commune sub certis conditionibus introducto, Superstes namque

con-

conjug ea etiam, quæ sua industria acquisivit cum heredibus alterius dividit, partim igitur ipse sibi, partim heredes alterius illi venturi succederent, quod absurdum, cum viventis nulla sit hereditas. Interim tamen, si plerorumq; locorum statuta de Bonis Const. Matrimon. Quæst. disponentia conferamus, illorum sententiæ haud invitè calculum addere videntur: pauca enim sunt, quæ debitam portionem non ejusmodi verbis describunt, ex quibus magis successione jura, quam societatis colligi possunt v. g. *Don Erbe zu nehmen zwischen Ehe-Leuten / item erblich gebührender Antheil / conjuges dicuntur Erben / erblos machen.* Et rarissimè sub alio titulo vel rubrica de iis agitur, quàm quæ concepta est de hereditate & successione Viri & mulieris. Quamobrem in tanto conflictu mediam eligo viam, quæ tutissima, & dico, quod societatis vocabulum ad communia ad uno vel ab unum referendum & communi societati competere modo excellentiori, conjugali verò imperfectiori.

§. 7. Ad exemplum regularis haud incommodè a Dd. dividitur in *communione omnium bonorum*, quæ statim perfectò matrimonio bona quæ sita & quæ conjuges intulerunt jure proprietatis communia reddit D. Eich. d. *Com. bon. & non omnium bonorum*. Hæc vel est *simplex*, ubi bona quidem in commune conferunt, verùm non jure proprietatis, sed tantum ad quæstum, vel *mixta*, quæ de utraque participat, Lauterb. *disp. de peric. rer. ill. c. 1. §. 17.* vel denique *particularis*, quæ rarissimè invenitur.

§. 8. Existencia harum societatum quia non præsumitur; agendum nunc esset de forma earum practica seu probatione tantquam re maximè necessaria; Sed luculenter eam prosequi instituti mei non est. Viderur autem (1) *omnimodam* probatam dari, si probetur, conjugem superstitem omnia omnino bona tam sua quàm alterius defuncti finita societate, quæ nonnunquam continuatur eum inter & liberos, donec ad secunda vota transeat, cum liberis dividere teneri, ut Mulhusæ, item Hildesix D. Eich. d. *l. de Comm. bon. n. 17.* (2) *simplicem*, si dicat Legislator: *Dasß beyder Güter sie mit einander gemeiniglich nutzen und niessen sollen / als ihy eigen Gut* Casp. Klock. *vol. 3. conf. 115. n. 3.* (3) *Mixtam*, quando non solum quæ-

quæstus & lucra, sed etiam de illatis quædam efficit communia. Sed quid dicendum, si superstes omnia lucra & mobilia, vel etiam partem immobilium defuncti consequatur; heredes verò defuncti de bonis viventis planè nihil? Resp. Non videtur id consequi ex jure societatis, quia leonina foret *l. 29. ff. pro soc. D. Struv. Ex. 22. ib. 31.*

§. 9. Præterea, cum nullum statutum omnia exprimat, ad quæ socii invicem obligantur, quæritur: An non supplenda sint ex societate in rigore ita dicta? Plurimos Doctorum hac in re videmus confugere ad argumentum à societate expressa, inter quos Peck. *d. testam. conj. l. 2. c. 1. an satis tutò & exactè ex §. 5. & regulis Logicæ merito dubitatur.* Propterea stramineam & vitiosam illationem hanc in casibus à statutis non expressis appellat Mevius *ad Jus Lub. 1. 5. d. 5. n. 28. §. 35. item Klock. conf. 118. vol. 3. Garf. d. conjug. acquæst. n. 12. licet quoad essentiam ex supra dictis concedi possit.*

§. 10. Prædictus Societatis titulus alique, quibus conjuges acquirunt, sunt justi & legitimi, excluditur itaq; subtractio rerum constante matrim. divortii vel alterius causa facta, de qua in *iii. rer. amot.* item furtum alique modi acquirendi legibus damnati. Titulus enim injustus pro nullo habetur, *l. 7. C. d. acq. vel ret. poss. l. 93. ff. pro soc. & quoniam unusquisque præsumitur bonus, secundum LL. vivere & jure possidere, l. 2. C. d. prob. D. Struv. Ex. 42. th. 23. hæc justitiæ præsumtio etiam in conjugibus non deficit, non obft. l. 51. ff. d. D. int. V. & Ux. LL. enim in favorem personæ introductæ torqueri non debent in ejus odium, l. 6. C. d. LL. præsertim quando illæ cum cæteris stare possunt, uxor autem potest præsumi acquirere à viro & tamen justè acquirere licet revocabiliter.*

§. 11. Hoc tamen non prætereundum esse censeo, quod, licet aliàs nemo teneatur titulum s. causam efficientem rei quæsitæ edere, *l. 11. C. d. pet. hered. multo minùs probare, se non ab hoc vel altero, vel ex ejus bonis acquisivisse, quoniam sua potius quilibet industria, quàm alienis bonis ditari præsumitur, l. 10. C. arb. int. speciale circa uxorem obtineat præsumptione legis 51. ff. d. D. int. V. &*

F. & Ux. & l. 6. C. eod. illi obstante. Quicquid autem sit, facili negotio elidi potest, quippe conjecturæ sufficiunt, D. Struv. *Ex. 16. ib. 17.* cùm non sit absoluta, sed conditionata, si nempe præsumtio non possit capi: aliunde uxorem posse pecunias habere, Bartol. *in dict. l. 51. per verba si non constat.* signum itaque præsumtionis prius probari debet. Hoc repellere potest uxor, si probet: (1) se fuisse ditio- rem marito, Klock. *vol. 3. cons. 117. n. 6.* Menoch. *d. præf. lib. 3. 51. n. 38.* Alciat. *Reg. 3. præf. 26.* (2) Virum migrasse in domum e- jus, Mascard. *Concl. 30. n. 19.* (3) se publicè negotiatam esse Brun. *ad d. l. 51.* (4) Maritum acquisitioni præsentem fuisse & consensisse. (5) Statuto bona quæf. Const. Matrim. esse communia, Modest. Pistor. *vol. 1. cons. 1. n. 46.* (6) Matrimonium esse secundum, non primum, Brun. *ad d. l.* (7) se possidere bona receptitia. Alciat. *d. loc. it.* Berlich. *dec. 224.* Plures exceptiones possunt evolvi apud Dd. alleg. Uxori agere volenti svadet Alciat. possessorium tan- quam excludens legem 51. suffultus autoritate Baldi.

CAP. V.

tractat

Personas acquirentes.

S U M M A R I A.

- I. Persona acquirentes sunt conjuges. II. quid de Sponsa & Sponso de presenti & conjugate momentaneo dicendum? III. excluditur concubina. IV. An conjuges adulterini ut conjuges veri & quomodo acquirant? V. & VI. An conjuges putativi & quomodo acquirant? VII. Quid de desertis & separatis statuendum? VIII. Quid de conjugibus, inter quos est communio, domicilium mutantibus? IX. An uxor sit persona sibi an marito acquirens.

S. I.

Expositis iis pro ingenii modulo, quæ circa causam efficientem notanda, ad Personas acquirentes, sine quibus ne mente quidem

COR-

concupi possunt, properandum. Licet enim in ipsa rubrica & definitione satis superque delineata; quod nempe sint illæ, quæ justum & legitimum matrimonium contraxerint, cum ex injusto nihil acquiratur, *arg. l. un. ff. unde V. & Ux.* restant tamen nonnulla notatu digna.

§. 2. De sponsò sponsaque de præsentì quidem ex cap. II. liquet, quod, si statuta & consuetudines disponant de conjugibus von Mann und Weib/ eo nomine non veniant. Limitatur tamen à Mevio *ad Jus Lubec. 2. T. 2. a. 12. n. 278.* si ante festivitatem nuptialem bona sponsæ in domum sponsi illata sint, *weun ihu, das Brautzeug zugesibret sey/* de quo tamen an universaliter procedat, merito dubitat Dn. Eich. *diff. d. comm. bon. th. 33.* conjuges verò momentanei post consummationem idonea sunt subjecta bonorum nostrorum. *arg. l. 2. C. d. posthum. hered. instit.*

§. 3. Sed quæritur, an concubina hæc nomine uxoris veniat? Et quamvis Jure Civ. concubinatus sit permissus & licita consuetudo *l. 5. C. ad Scl. orf. & concubina dignitate saltem ab uxore differat, l. 9. §. 4. d. leg. 3.* non tamen est verum matrimonium, nec concubina uxor, *l. 14. ff. d. V. S. & per consequens ejus jure non acquirit, l. 31. ff. d. don. int. V. & Ux.* Præsertim nostro tempore, ubi per Recess. Imp. de anno 1548. & ord. pol. tit. 26. legitima illa intemperantia abrogata est. Aliter se res habet cum matrimonio ad morganaticam contracto & conjugibus eo conjunctis, quia perfectum est matrimonium & liberi legitimi, *1. F. 29. Myler ab Ehrenbadj in Gamolog. c. 6.*

§. 4. Quid verò de illis conjugibus dicendum, qui priori matrimonio constante se invicem adulterio polluerunt? dubio non caret. Jure civil. negatur, quod sint idoneum subjectum. *l. 13. ff. d. bis quib. ne indign. Nov. 134. c. 12.* Jure Canonico, quod etiam in matrimonialibus sequimur, amplectimur affirmativam cum limitatione in *c. 3. & 6. X. de eo qui dux. in matr. quæ poll. contentâ, quam Hahn. ad Wesf. d. R. N. n. 4. verb. & nonnunquam præjudicio firmat.*

§. 5. An conjuges putativi, qui bona fide, contra legum tamen præcepta contrahunt, ut veri & legitimi conjuges acquirant? altioris adhuc est indaginis. Simpliciter aff. Garfia *de conjugal. acquæst. n. 159.* dummodo palam contrahant, *arg. l. fin. ff. d. R. N. id quod Christinæus ad LL. Mechlin. tit. 16. art. 30. n. 12.* illustrat exemplo mariti ineun-

tis matrimonium cum uxore, cuius maritus adhuc in vivis est, & ita extendit, ut, sive verè, sive saltem præsumtivè ignorent impedimentum, nihilominus conjugum jure acquirant. Eo quoque collimare videtur quodammodo Covarruv. *rom. l. c. 6. n. 10.* idem tenet Speculat. *d. don. int. V. & Ux. §. firmatis v. sed matrimonium.* item Frideric. Sol. *de Lucro dotis quest. 12.* ubi constanter asserit, conjugem putativum lucrari ea, quæ statuta disponunt de bonis, si constet matrimonium. Hæc sententia confirmari potest *l. 61. ff. d. Jure dot. l. 42. §. 1. ff. sol. matr. il. l. 22. §. fin. eod. l. 74. d. Jure dot. potissimum vero l. 11. §. ult. ff. quod fals. int. quem text. Bald. in l. 1. C. d. cond. ob caus. à Bart. se didicisse gloriatur & l. 58. ff. d. R. N. quæ adeo favorabiles sunt parti affirmantium, ut ab ea recedere temeritas penè videatur. Verum enim verò cum fundamentum acquisitionis nostræ sit verum & legitimum matrimonium, *arg. l. un. ff. unde. V. & Ux.* putativum verò est injustum & irritum, *Nov. 22. c. 10. l. 63. ff. d. R. N. l. 4. C. d. incest. nupt.* Spontè sequitur, eos ut conjuges acquirere non posse, quod expressè confirmat *l. 1. C. d. cond. ob caus.**

§. 6. Nihilominus ob supra allegatas LL. à rigore hujus regulæ paululum recedendum esse rati, distingvimus hoc modo: Aut uterque conjux est ignorans, & regula manet, ut comperto errore ea, quæ acquisiverunt, à se invicem repeti possint conditione sine causa, *l. fin. ff. de cond. caus. Brunnem. ad d. l. 1. Nov. 22. c. 10.* ubi eleganter hoc decisum reperitur. Ne tamen marito minus, quam cui libet bon. fid. possessori tribuatur, fructus dotis consumptos lucratur, ita tamen, ut cum iis compensentur impensæ necessariae & utiles usq; ad concurrentem quantitatem, *l. 42. ibi Duaren. ff. sol. matrim. veræ autem dotis commoda non sentit, quæ respuit compensationem fructuū & ex pacto & statuto; item ob adulterium uxoris desertur marito vero. Ne quoq; uxor damnum sine culpa sentiat, dos quantū ad ejus commodum pertinet, pro vera habetur. l. 22. §. ult. ff. sol. matrim. d. l. 42. ibi Duaren. l. 74. ff. d. Jure dot. Aut unus est ignorans, alter sciens impedimenti, & datur innocenti exceptio doli in iis rebus, quas aliàs lucraretur, si constaret matrimonium. l. 11. §. ult. ff. quod fals. int. ad l. l. 18. C. ad Sbt. Vellej. Imo ad exemplum edicti prætoris datur actio. l. 58. ff. d. R. N. eleg. 128. ff. d. leg. 1. l. 63. d. R. N. Quæ-*

ri-

ritur autem, si pars innocens partem quaesitorum secundum statuta lucreretur, quis in partem scientis succedat, utrum ejus heredes, an nescius? secundum *l. 4. C. d. incest. nupt.* Affirm. posterius. Quomodo ignorantia proberetur, quæ regulariter præsumitur, *l. 21. ff. d. probat. præsertim in uxore, l. 38. ff. ad. L. Jul. d. adult. vid. Frider. Sol. d. Lucro dot. n. 18.*

§. 7. De conjugē deserto & quoad torum & mensam separato æque difficilis res est. Quamvis enim affirmativa accuratè loquendo in jure satis fundata, tam de separato & deserto, *c. 2. d. divorti. Wesf. ff. d. divorti. n. 11.* quàm deserente, *arg. l. un. ne quis in caus. D. Struv. Ex. 30. th. 44.* quia tamen pars nocens videtur renunciassè commodo, dum, cohabitationem, qua alteri obstricta est, per desertionè abnuendo, respuit conditionem, quæ omnibus statutis & pactis subest, nempe si officium suum fecerit, indignum se facit omni lucro aliàs sibi competente, si præsertim secundum LL. statutarias de bonis quaesitis judicandum, *arg. l. 3. ff. d. bis quib. ut indign. ibi Brunn. it. l. 10. ff. sol. matrim. Nov. 22. c. 15. §. 2. ibi vel etiam invito viro. it. Nov. 117. c. 8. vers. si nolente Berlich. p. 3. concl. 36. n. 16. Carpz. p. 3. c. 26. d. 1. Carpz. tamen in eo dissentit, si separatio quoad torum & mensam secuta. *diēt. c. d. 15. contra Berlich. diēt. loc.* Quoniam tamen publica autoritas non approbat malitiam deserentis, sed per conniventiam, ut salutem innocentis consulatur, permittit, Berlichii sententia prævalet Brunn. *alleg. loc. qui meliori ratione limitat: si pars deserens probabilem causam habuit, & per eum non stetit, quo minùs in gratiam cum conjugē rediret, diēt. loc.**

§. 8. Quid denique dicendum de conjugibus, qui in loco, ubi communitio aliqua bonorum viget, vivunt & contrahunt unà cum matrimonio societate bonorum; postea verò domicilium alibi constituunt? Num scilicet secundum jura loci, in quo contracta est societas, an, in quo domicilium habent, constante matrimonio acquirant? non extra dubitationis aleam est positum. Prius probatur *per. l. 6. ff. d. evict.* posterius verò *ex l. 65. ff. d. judicii per societatem bonorum non sublata.* Quamobrem D. Eichel. *de comm. bon. th. 32.* syadet, ut conjuges pactis huic difficultati occurrant. Regulariter prius esse verum deducit Heef. *p. 2.*

Loc. 8. n. 32. & seqq. multis exceptionibus tamen iterum restringit.

§. 9. Etiam si nunc ex supra dictis de quidditate personarum acquirentium certi sumus, pauca tamen de qualitate adhuc adji-
merentur. Maximè circa hanc expedit scire, an sint tales, quæ sibi,
an verò alteri acquirant, hoc modo, an ut liberi homines per
contractum v. g. mandatam, negot. gest. an verò ut alterius po-
testati subiecta §. 1. 7. *per quas pers.* De marito non dubitatur, quin sibi
acquirat, & non nisi volens uxori, ut *l. 21. C. d. procur.* ad quod jure
Saxonico nullâ habita ratione bonorum requiritur mandatam vel
fatisdatio. *Const. August. p. 2. c. 15. Carpz. de process. tit. 5. art. 6. n. 31.*
De uxore, an ut alia libera persona sibi acquirat, non conveniunt
Dd. Negativam tuetur Heig. *p. 1. q. 29. n. 26, & q. 30. Wesf. ad tit. d.*
R. N. n. 6. ibi: neque tamen minus omnia acquisita constante matrim.
mariti lucro pro oneribus cedere debent. Cum iis facere quodam-
modo videtur *Mev. ad Jus Lub. 2. a. 12. n. 134.* Affirmativa fulcitur
l. 1. C. si quis alteri l. 6. cod. quam Brunnem. ad l. 5. ff. d. don. int. V.
& Ux. item Berlich. decis. 224. n. 40. limitant in acquisitione per o-
peras officiales, quæ verior & juri conformior, vid. *Mev. ad. 7. Lub. 1.*
T. 5. a. 4. n. 55. vid. supr. cap. 3. §. 2. onera enim matrimonii tanta
non sunt, ut generaliter omnia acquisita uxoris æquent. *D. Thom.*
in Coll. ad Surbolt. diss. 2. a. 19. Deinde uxor non est in potestate
mariti. *arg. l. 2. §. 1. ff. sol. matrim. l. 1. & seqq. d. lib. exhib.* sed po-
tius affectione, ut hanc mariti præminentiam appellat *D. Lauterb.*
compend. jur. ad tit. d. injur. lit. C. & contradistinguit potestati. Per
alium autem non acquirimus, nisi sit in nostra potestate. *pr. 7. per*
quas person. cuique. Non obstat *l. 51. item l. 6. C. d. don. int. V. & Ux.*
non loquuntur enim (1) de rei veritate, sed saltem præsumptione. (2)
Non præsumunt uxorem acquirere viro; sed à viro & ex bonis vi-
ri. Hæc verò sunt diversissima. Non enim sequitur: Quodcunque
uxor acquirat à viro, & ex bonis ejus, id viro acquirat. Nam si ve
acquirat nulliter & non est acquisitio, *l. 5. §. ult. ff. d. don. int. V. &*
Ux. si ve validè, & nemo diffitebitur, eam sibi acquirere, non viro,
di. l. 5. §. 16. l. 3. §. fin. cod. Neque altera objectio stringit, quod ex
bonis ejus acquirat propter *l. 3. & 6. C. si quis alteri l. ult. ff. l. 9. C.*
d. don.

d. don. int. V. & Ulx. l. 25. §. 1. ff. d. petit. hered. l. 21. ff. d. probat. Non obstat specialis lex 54. ff. d. jur. dot. Hinc non datur vindicatio marito ejusq; heredibus rerum ab uxore quaesitarum, sed saltem conditio ad pretium, Alciat. de pres. reg. 3. pres. 26. n. 14. per all. l. 6. C. si quis alter. Berlich. dec. 224. n. 33. quæ alias locum haberet l. 10. §. 3. ff. d. A. R. D. Sublimitatur tamen sententia nostra, si viri nomine rem comparet d. l. 6. si societas & communio honorum adfit. vid. infr. c. 7.

CAP. VI.

refert

Objectum.

S U M M A R I A.

I. *Bona ex causa præterita venientia non habentur pro ques. C.*
 M. II. *Quid sentiendum de bonis ex patrimonialibus & pretio illorum emtis?* III. *item de permutatis?* IV. *Optime consulunt Legislatorum subditis, si excipienda exprimunt.* V. *An & quomodo donata C. M. quaestorum nomine veniant?* VI. *An bona per successionem devoluta?* VII. *Meliorationes in rebus alterius.* VIII. *An probari debeant acquisita C. M?*

§. I.

Objectum sunt omnia, quæ commercio hominum non exempta dicuntur & tempore matrimonii obveniunt, vid. *supr. c. 1. & 2.* quorum præcipuæ species c. 3. enumeratæ sunt. Excluduntur igitur omnia, quæ ante matrimonium acquisita. Pro talibus etiam habentur ea, quæ ex causa præterita sine facto novo obveniunt, ut (1) per præscriptionem ante matrimonium captam in matrimonio completam usucaptum *arg. l. 11. §. 3. it. l. 43. ff. ad L. Falcid. Molin. Tr. 2. D. 433. n. 6. D. Struv. Ex. 26. th. 20.* Non obstat *lex 44. ff. d. bon. lib.* non verò fructus rei præscriptæ. (1) *Ususfructus stante matrimonio cum proprietate consolidatus arg. l. 4. ff. d. jure dot. l. 4. d. usufr.*

usufr. Covarr. *de matrim.* c. 7. §. 1. valde videtur obstare l. 82. §. 2. d. Leg. 1. l. 66. §. 6. d. Leg. 2. licet commoditas ad bona const. matr. quæf. pertineat, (3) ante matrimonium empta in matrimonio tradita. Heef. *Loc. com. loc.* 18. n. 248. & *seq.* (4) ante sub conditione stipulatum stante matrimonio conditione existente acceptum, l. 11. §. 1. ff. *qui pot. in pign.* (5) res per alluvionem aut alio modo rebus accedens, l. ult. C. d. *aluv.* (6) thesaurus in re patrimoniali inventus, (7) semel alienata recuperata & quidem ex eadem causa, arg. l. 10. ff. *quib. mod. pign.* Brunnem. *ad l. ult. C. d. remiss.* non enim est nova acquisitio, sed reversio rei ad suam originem, l. 18. C. d. *don. ante Nupt.* ibi Bruanem. *Mev. ad Jus Lub.* l. 1. T. 10. a. 6. n. 36. quod pertinent per retrovencionem acquisita, pretium si ex quaesitis sumatur pro rata portionis statutariæ restituendum est, item jure sanguinis retracta, Heef. 2. *Loc.* 18. n. 167. & per rescissionem rei patrimonialis venditionis recuperata. l. 2. d. *rescind. vend.* Huc referenda quoque vi possessa & recepta, l. 17. ff. d. *Vi armat.* item per restitutionem in integrum recuperata, arg. l. 24. §. 4. d. *minor.*

§. 2. Si vero ex pretio hereditariorum s. patrimonialium venditorum alia comparentur, non dubitamus ad quaesita referre, quia pretium regulariter non fungitur loco rei, l. 48. ff. d. *furt.* l. 21. ff. d. *hered. vel act. vend.* hinc pecunia ex patrimoniali redacta non est patrimonialis. Exceptiones enim ab hac regula, quæ habentur in l. 70. §. ult. d. *leg.* 2. & l. 22. ff. d. *pet. hered.* à Bartol. in d. l. 22. ad omnia judicia universalia extensæ, vid. tamen l. 20. §. 1. l. 25. ff. d. *pet. hered.* item illa exceptio ap. Brunnem. *ad l. 1. C. d. reb. alien. non a.* in casu speciali, huc non quadrant. Posito tamen, quod cedat pecunia in locum rei, res tamen ex ea iterum comparata non succederet in locum pretii per l. 6. C. d. *R. V.* l. 4. C. *comm. utriusque Jud.* l. 1. C. *si quis alt.* ibique Dd. Berlich. p. 2. *concl.* 13. n. 11. Non enim contrinetur casus noster sub quatuor illis, quos excipit Gloss. in d. l. 1. quorum primus se fundat in favore Ecclesiæ arg. l. 2. *quand. ex fact.* & l. 3. C. d. *arb. tut.* (2) pupilli d. 11. (3) militiæ l. 8. C. d. *R. V.* (4) doris. l. 26. ff. d. *J. D.* Hæc ultima quamvis difficultatem nobis causari videatur: ea tamen non tollit regulam, sed firmat potius, cum saltem de eo casu intel-

intelligatur, quo maritus ex pecunia dotali rem comparans non solvendo existit. Gloss. d. l. Brunnem. ad l. 12. C. d. J. D.

§. 3. Non minor est controversia & difficillimæ quoque discussionis de permutatis, an ea ad bona C. M. Q. sint referenda? Pronegativa facit l. 36. ff. d. don. int. V. & Ulx. ibi Godofr. l. 70. §. fin. & l. 71. ff. d. leg. 2. (ab ultim. volunt. autem ad statuta validum videtur argumentum Eberh. in loc. ab ult. vol. ad leg.) secundum quas surrogatum sapit naturam ejus; in cujus locum surrogatur. Hujus sententiæ defensores sunt Pingiz. q. 27. Berlich. p. 2. concl. 13. n. 10. & ibi alleg. Dd. Verum enimverò quamvis facile concedamus, si res permutata sit ejusdem naturæ, Klock. vol. 3. cons. 124. n. 82. regulariter tamen affirmativa videtur verior, quam tenet Carpz. p. 2. c. 12. d. 1. quoniam permutatio est vicina emptioni l. 2. ff. d. rer. perm. imò vicem ejus sustinet. l. 2. C. cod. l. 62. ff. d. Jure dot. l. fin. ff. ex quib. caus. l. 19. §. 5. d. adil. edict. Deinde præter casus in legibus expressos surrogatio est facti, & consistit in animo & destinatione contrahentium, quorum declarationem merito sequimur arg. l. 67. ff. pro sec. l. 1. C. si quis alteri ibi Dd. nec obstit. l. 8. ff. d. castrens. pec. l. 5. C. d. jur. & fact. ign. Hanc igitur cautelam & consilium svadent tam in hoc, quam superiori casu dubio Godofred. in l. 40. C. d. furt. Pingiz. quest. 27. n. 56. add. l. 28. ff. d. Nov. mentem autem tacite quoque declarari posse non negamus l. 28. §. fin. ff. d. cond. & demonstr.

§. 4. Optime ambages hæc evitant Legumlatores, qui comprehendenda & excipienda exprimunt, ne per verisimiles conjecturas mens illorum eludatur. Quo Majores nostros Jus Topicum condentes respexisse liquet ex Statut. Mülhus. lib. 4. d. 27. Ubi expressam decisionem harum controversiarum inferuerunt.

§. 5. Quando quæsitæ considerantur, quatenus opponuntur illatis, quod regulariter sit à statutis, rarissime sine aliquali societate bonorum, excipiuntur quoque numero quæsitorum (1) quæ communicari non possunt, ut feuda ab altero conjugū acquisita, D. Eich. diss. d. comm. bon. tb. 34. item emphyteusis, emphyteutæ & filiis solum, non extraneis heredibus concessa. Id. tb. 35. & ususfructus, quia est servitus personalis, non tamen commoditas & emolumentū, Gars. de con-

jug. acqu. n. 174. v. g. fructus cujuscunque sint qualitatis, Eich. d. loc. & rei in massam quæstorum nunquam venientis, Garl. d. cons. acq. n. 194. (2) quæ non sunt quæstus & lucra, ut donata, l. 8. ff. pro soc. non tamen fructus ex illis provenientes, neque etiam ipsa donata, si sint remuneratoria. Tunc namque non tam est donatio, quam compensatio officiorum & beneficiorum, l. 27. ff. d. donat. l. 29. §. 11. ff. d. petit. hered. Huc pertinent stipendia & salaria cætera, l. 52. §. 8. ff. pro soc. non verò donata Legatis, consiliariis, advocatis, iudicibus ratione personarum, Heeser. 2. Loc. 18. n. 39. secus ratione expediti negotii. Ad quæstus quoque pertinent dona nuptialia, nisi ratione singularis cognationis & amicitia donata, Frideric. Sol. q. 9. n. 19. Multum præterea hic potest voluntas donantis & mos introductus. Donata esse remuneratoria præsumuntur, si sint ultra dimidium meritorum, arg. l. 2. C. d. resci. vend.

§. 6. Eandem ob rationem per successionem devoluta acquisitorum nomine non veniunt, sed pro illatis habentur, d. l. 7. §. 8. ff. pro soc. Cothm. consi. 40. n. 17. Wehner. obs. pract. verb. wohlw. wonnen Gut. Dissent. Carpz. p. 3. c. 26. d. 8. dicens non accipi in hoc intellectu bona acquisita C. M. ut excludant hereditaria, nisi expressè positum sit. Hæc sententia licet de jure civili verissima sit, non tamen admittenda in interpretandis statutis, quæ aliquam societatem bonorum introducunt, Imò etiam abstractione facta à societate bonorum, generaliter receptum esse, ut acquirere nihil aliud sit, quam lucrari & quæstus idem sint ac lucra, testantur Pingiz. q. 27. n. 47. Mev. ad Jus Lub. a. 5. tit. 5. Cothm. all. loc. item Reformatio Francofurt. p. 5. t. 5. §. 2. & 3. ibi: Erzeugete Güter sind/ so zwey Eheleute in stehender Ehe/ es sey durch eines oder sie beyde/ mit ihrem mühsamen Fleiß und Geschicklichkeit an sich bringen.

§. 7. Meliorationes factæ in rebus conjugalibus, ut si constante matrimonio ædificia erecta sint, v. g. ædes, furnus, mola frumentaria, columbarium aut quid hujusmodi, cedunt conjugui, qui est dominus rei, earum tamen æstimatio inferitur communiter quæstus, Garl. de expens. & meliorat. c. 13. n. 41.

§. 8. Quæritur, an bona constant. matrim. injustè acquisita secundumstantia inter bona nostra numerentur & dividantur? Pro sen-

sententia affirmativa facit *l. 4. §. 1. ff. famil. ercisc. l. 52. de petit. hered.* his tamen non obstantibus negativa videtur verior per *l. 52. l. 57. pro soc.* Limitatur tamen, si pars, quæ agat ad ea lucra, non dicat ea illicitè esse quæsitæ, altera enim propriam turpitudinem allegans non auditur. Item si spontè inferantur in communionem *l. 55. pro soc.* Hæc tamen ita intelligenda, ut uxor & maritus conventi restituere teneantur parique pœna plectantur, nisi ignorantes sint *d. l. 55. pro. soc.*

§. 9. Quaritur tandem, an probatio necessaria, an verò præsumantur bona constante matrim. quæsitæ? Prius affirmatur. Neque enim adest præsumtio legis, neque hominis, sed actor se fundat in tempore, quod probari debet, *l. 8. §. 1. & 5. d. nov. op. nunc l. 5. C. d. cond. inferr. l. 17. C. d. probat. ibi Brunnem.* Accedit, quod bona antiqua potiùs, quàm nova esse præsumantur, *c. 1. §. fin. F. d. success. frat.* Multis autem incasibus præsumuntur talia & actorem sublevant probatione, quos vid. ap. Heef, *loc. comm. p. 2. Loc. 15. n. 133. & seqq. Mev. p. 4. dec. 4. Klock. vol. 3. conf. 119. per tot.* Plurimum præterea officium judicis hic potèst, qui causa cognita, si utraque pars deficiat in probatione, intuebitur, cujus jurejurando lis dirimenda fit, *2. F. ii. c. 1.*

§. 10. Quoniam autem utramque facit paginam hac in materia probatio, ita, ut interdum non tam jus quàm hæc deficiat, videndum est, cuinam incumbat hoc onus, & quomodo probatio absolvatur, & notandum; quod plerumq; fiat probando illata; His enim probatis in aperto quoq; sunt lucra s. omnia bona, quæ iis deductis supersunt. Non autem dubitandum, quin hoc semper actori incumbat, hinc sive actoris intentio sint divitiæ, sive paupertas alterius conjugis, probare tenetur, *l. 4. C. d. fabric. l. 31. §. fin. d. reb. aut. jud. l. 5. ff. qui satid. l. 3. C. d. probat.* Non obstat, quod alias heredis assertio præsumtionem quoad quantitatem patrimonii habeat *l. 17. ff. d. prob. l. fin. §. 10. C. d. jure delib.* quamvis Frideric. Sol. sententiam, quam nostram facimus magis juridicam, quam tutam dicat *controvers. de bon. const. matrim. acquis. q. 26.*

CAP. VII. & ULTIMUM

complectitur

Effectum & Contraria.

SUMMARI A.

- I. Effectus bonorum separatim quaesitorum. II. conjunctim quaesitorum. III. An dos filia prioris matrimonii data impuretur noverca? IV. Communio non impedit liberam mariti administrationem sine fraude tamen. V. Limitatur in ultimis voluntatibus. VI. Sublimitatur in quibusdam casibus. VII. Quid juris circa ultimas voluntates, si superstes omnia quaesita lucretur. VIII. Effectus qui finito matrimonio se exerit. IX. Amisio bonorum quaesita.

§.

Effectus bonorum const. matr. quaesitorum licet varii dentur, in duas tamen species dispesci posse arbitramur, quarum prima continet eos, qui constante matrimonio oriuntur & tunc, si cynosura loco nobis sint leges Romanae, omnes effectus pro diversitate causarum & titulorum continent vel jus ad rem, proprium non commune, vid. supr. c. 3. §. 1. non obst. c. 2. d. don. int. V. & Ux. quod ad acquisita ex utriusque pecuniis communiter referunt Dd. A. deoq; etiam singulis libera competit jure suo fruendi, alienandi & obligandi potestas, l. 6. C. d. revoc. donat. ibi Brunn. astricta tamen legibus, in singula quaesitorum specie ferè peculiarem formam praescribentibus. Ita, quamvis maritus constante matrimonio dominium dotis acquirat; eam alienare tamen nequit, nisi astatim data sit. Idem dicendum ratione uxoris in re propter nuptias donata. D. Struv. Ex. 30. th. 36. Quid in aliis speciebus peculiare sit, ex illarum enumeratione supra, cap. 3. instituta facile elucescit. Huc pertinet quoque, quod quaesita uxoris ex postfacto induant naturam, vel dotialium, arg. l. 30. d. jur. dot. vel paraphernalium, arg. l. fin. C. d. Pact. vel receptitorum, si planè separatim retineantur.

§. 2. Si verò pactum contrahentium, aut statutum & consuetudo communionem bonorum introducens nobis suprema lex sit, dominium & talia jura secundum societatis normam sunt communia. Hinc utrique conjugum incumbit res communes tueri & administrare, licet diverso modo: alia siquidem est administratio mariti, alia & restrictior uxoris. Ex his patet, quod æque ac supra effectus sit, vel jus ad rem, vel in re. *Jus ad rem* consistit in obligatione, qua conjuges se invicem obligant ad collationem, *l. 6. l. 52. §. 13. ff. pro soc. & ad communicationem lucri, l. 3. C. pro soc. & damni, l. 30. ff. pro soc.* quod igitur maritus in rem communem impendit, quos sumtus ex causa societatis facit, aut per causam societatis de propriis amittit, uxor pro parte sua agnoscere debet, *l. 52. §. 4. l. 61. ff. cod.* imò ad debita etiam in priori matrimonio contracta tenetur, si communio sit universorum bonorum, *Mev. 3. decis. 158.* Privilegiis tamen dotis aliisque uxor per hanc simplicem communionem non privatur, *Lauterbach. disp. de peric. rer. in soc. membr. 6. c. 5.* Neque tenetur in iis, quæ maritus per delictum proprium amittit condemnatusque solvit. *l. 52. §. ult. pro soc. Gall. 2. O. 86. n. 14.*

§. 3. Quaritur autem, si filia ex priori matrimonio dos constituatur, an *Noverca* imputanda pro rata. *Neg. l. 81. ff. pro soc.* Ad dissensiones tamen & difficultates avertendas per pacta dotalia provideri solet, aut etiam per statuta, quando v. g. non permittunt secunda vota, nisi prius prospectum sit per divisionem bonorum aut alio modo liberis prioris matrimonii. Hæc de obligatione inter conjuges solos; quomodo aliis obligentur ad regulas societatis & *Dd.* discrimen inter utramque observantes remississe sufficiat.

§. 4. *Jus in re* si dominium commune continet (1) promiscuum usum, *l. 17. C. d. furt. l. 45. d. leg. 3.* (2) alienandi potestatem, vel inter vivos, quæ mulieribus non penitus adempta, sed restricta videtur, imò verò penitus adempta in. iis locis, ubi sub cura mariti sunt, *Const. Elest. p. 2. c. 10.* nihilominus tamen recte portionis suæ domina dici potest. Marito tamen communio per se liberam rerum administrationem non adimit, exemplo juris Saxon. in tantum, ut nec donare prohibeatur inter vivos *Wes. ff. d. mori.*

d. mort. caus. don. n. 5. Hæc obtinent, nisi fraus adsit, quo casu uxori indemnitatis reservatur *Coler. p. 1. decis. 61.* revocatoria actio ad instar creditoris vel rei vindicatio *Peck. d. testam. conj. l. 2. c. 1. arg. l. 10. §. 1. ff. quæ in fraud.* Hahn. *ad Wes. ff. unde vir n. 3.* Difficilis autem est probationis. Ut plurimum tamen reputatur, si nihil vel modicum saltem uxori relinquatur, v. g. infra dimidium, *Wurmser. observ. tit. 28. O. 4.* item si immodicè donet consanguineis suis, *arg. l. 17. ff. quæ in fraud. cred. licet moribundus.* Præsumptio enim *l. fin. C. ad. L. jul. repet.* non obtinet in præjudicium tertii, *Alciat. præf. reg. 3. c. 4.* Cæterum tutissima via est consensus alterius conjugis, *Peck. d. loc. consensisse autem videtur, si actui præfens non contradicat. D. Struy. Ex. 22. ib. 2.* Facile ex supra dictis pater: Uxori non imputari, quæ Maritus ludendo, scortando, convivando consumsit, *Garf. d. conj. acq. n. 65.*

§. 5. Diximus in §. præcedente, quod marito liberior sit potestas alienandi data, quod non extendendum ad alienationem in ultimis voluntatibus, ubi ultra suam partem disponere nequit. Refertur enim hæc alienatio in tempus, quo Uxori liberius & plenius jus competit circa quæsitæ. Hinc læsa officium Judicis implorare potest, *Carpz. p. 3. c. 7. d. n.* Quamobrem & hæc pro sua parte liberrimè disponit. *Gail. 2. obs. 117. n. 1. Peck. d. testam. conj. lib. 3. c. 1.*

§. 6. Inveniuntur tamen casus, ubi de bonis C. M. communiter quæsitis alter in alterius præjudicium testari potest, ut (1) quando causa subest, quæ ipsum privat, *Mev. ad J. Lub. 2. tit. 2. d. 12. n. 408.* (2) si per pacta dotalia aliter conventum, (3) quando statutum permittit, *Mev. 2. tit. 1. n. 8. n. 62. & seqq.* (4) conjux consentiat, *Carpz. p. 3. c. 7. d. 12. 13. & 14.* in tantum, ut licentia semel data revocari nequeat. Non obstat *l. 3. §. ult. d. adim. leg.* hoc namque non est ultima voluntas, sed perfecta & valida donatio, utpote quæ non facta, ut ipse conjux habeat & inde locupletior fiat, sed ut alteri tradat *l. 5. §. 9. ff. d. jur. dot. l. 7 §. fin. l. seq. ff. d. don. int. F. & lxx. add. l. 5. §. 2. l. 31. §. 7. eod.* adeoque revocari nequit, *l. 4. C. d. don. quæ sub. mod. Frideric. Sol. d. lucro dotis quæst. 21.*

§. 7. Cæterum quæritur; utrum, si adsit statutum, ut superstes

res omnia matrimon. constant. quæ sita lucretur, ut Mulhuse *in ca. su arr. 20. lib. 4.* testamentum in ejus præjudicium condi possit? Quod negatur. Hahn. *ad Wes. und. Vir & Uxor. n. 3.* Quid autem dicendum, si omnia bona in his quæ sitis constant? ne auferatur facultas restandi contra intentionem statuti & *l. 22. ff. d. leg. 3. l. 1. C. d. SS. Eccl. dubio non caret.*

§. 8. Effectus, qui finito matrimonio, quod sine communiione fuit, sequuntur: Sunt actiones ad res revocabiliter quæ sitas repetendas, v. g. actio ex stipulatu de dote repetenda aliæque, vel proprias ab altero detinente vindicandas. Si verò cum societate bonorum, omnes actiones superstiti dantur, quæ communitè competunt ad divisionem. Postmodum sequitur ipsa divisio secundum partes à statuto expressas aut æquales, *l. 29. pro soc.* ita ut ante omnia uxor vel heres ejus deducat dotem, arrhas & alia bona propria, quæ ad illata referuntur, aut si vendita sint, eorum æstimationem. Nam cum maritus sustinere debeat onera matrimonii, illa suum capitale, uti vocant, salvum habere debet. His deductis, maritus suum capitale detrahat, quod tunc superest, pro lucro C. M. quæ sito habetur. Klock. *vol. 3. conf. 18. n. 8.* An verò secundum jura loci, ubi matrimonium contractum, an verò domicilii mariti, *vid. supr. cap. 5.*

§. 9. Bonis nostris eorumque acquisitioni contrariatur amissio. Amittuntur autem vel facto, vel jure; illud quomodo accidat lippis & conscribibus notum; cujus autem periculo singulæ res sint, si culpa vel casu fortuito pereant, remisisse nobis sufficiat benevolū lectorem ad dissert. D. Lauterbach. *de peric. rerum in soc. conjug.* cum omnia specificè prosequi sine magno labore & temporis dispendio fieri nequeat. Jure amittuntur, quando effectus annullantur. Sic Uxor adulterio se polluens amittit jus, quod constante matrim. in dote, interdum etiam ex parte illud, quod in paraphernis habebat. Wes. *ad L. Jul. d. adult. n. 19.* ibi Hahn. *Garf. d. Conj. acqu. n. 40. 41. 42.* Huc pertinet quoque amissio portionis quæ sitorum statutariæ. Hæc quando & quibus ex causis fiat, *vid. ap. Dn. Carpz. 3. c. 26. per. tot. & ibi alleg. Dd. item Heeff. loc. comm. 2. l. 16. n. 17.*

SOLIDE O GLORIA!

QKTH 2688 *

(X 798542)

Nobilissime, Furiumq; Scientissime.

DN.

GEORG. ANDR. PLATHNERE,

præclaræ Stirpis nova haud dubiè Gloria,

Hospes Gratisime,

Virtuti Tuæ, nostroque Amori monumentum

debens haud simularum,

*per occupationes tamen non nisi lineam votivam
ducere potis.*

* * *

Uxor grande bonum, *cupiat que parta
tueri:*

Sed Domini reverens grandius illa ta-
men.

*Atque hoc, atque illud, jubeat clementia JOVÆ,
Post melles Themicas experire brevi!*

facieb.

GEORG. GOEZIUS, Past. Prim.

Consist. Ducal. Ass. Superint.

General.

* * *

B. N. II, 336.
H. 65/29.

II k
2688

C. D.
D E 21. 44.

BONIS CONSTANTE MATRIMONIO QVÆSITIS,

Bon
Denen in wählender Ehe
erworbenen Güthern.

PRÆSIDE
PETRO MULLERO, JCTO
PAND. PROF. ORDIN.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

ad d. Novembr. 1686.
disputabit

BIBLIOTHECA
PONTICKAVIANI

GEORG ANDREAS Plathner
Mühlhufa-Thuringus.

IENAE,
Typis PAVLI LEHRICHII. 1715.

